

S. GREGORIUS Nazianzenus (329 † ca 390)

EPISTOLAE

Epistola CI

- 481 [...] Εἰ τις οὐ Θεοτόκον τὴν ἀγίαν Μαρίαν ὑπολαμβάνει, χωρὶς ἐστὶ PG 37, 177
 τῆς θεότητος. Εἰ τις ὡς διὰ σωλῆνος τῆς Παρθένου δραμεῖν, ἀλλὰ μὴ ἐν
 αὐτῇ διαπεπλάσθαι λέγοι θεῖκῶς ἄμα καὶ ἀνθρωπικῶς θεῖκῶς μὲν, ὅτι
 χωρὶς ἀνδρός· ἀνθρωπικῶς δέ, ὅτι νόμῳ κυήσεως, ὅμοίως θεος. Εἰ τις
 διαπεπλάσθαι τὸν ἀνθρωπὸν, εἴθ' ὑποδεδυκέναι * λέγοι Θεόν, κατάκριτος. Οὐ *180
 γάρ γέννησις Θεοῦ τοῦτο ἐστιν, ἀλλὰ φυγὴ γεννήσεως. Εἰ τις εἰσάγει δύο
 Γίούς, ἔνα μὲν τὸν ἐκ Θεοῦ καὶ Πατρός, δεύτερον δὲ τὸν ἐκ τῆς μητρός,
 ἀλλ' οὐχὶ ἔνα καὶ τὸν αὐτόν, καὶ τῆς οὐθεσίας ἐκπέσοι τῆς ἐπηγγελμένης
 τοῖς ὁρθῶς πιστεύουσι.

CARMINA

Poëmata dogmatica: II De Filio

- 482 60. Οὕτε τι γάρ θεότητος ἀπέξεσε, καὶ μ' ἐσάωσεν, PG 37, 406
 Ἰητήρ δυσόδομοισιν ἐπικύψας παθέεσσιν.
 Ἡν βροτός, ἀλλὰ Θεός. Δαθὶδ γένος, ἀλλ' Ἀδάμοιο
 Πλάστης. Σαρκοφόρος μέν, ἀτάρ καὶ σώματος ἐκτός.
 Μητρός, παρθενικῆς δέ· περίγραφος, ἀλλ' ἀμέτρητος.

- 481 [...] Si quis sanctam Mariam Deiparam non credit, extra divinitatem est. Si quis Christum per Virginem tanquam per canalem fluxisse, non autem in ea divino simul et humano modo formatum esse dixerit, divino, quia absque viri opera, humano, quia humani conceptus lege, aequo atheus est. Si quis formatum hominem fuisse. Deumque postea * subiisse dicat, damnationi obnoxius est. Hoc enim *179
 non Dei generatio fuerit, sed generationis fuga. Si quis duos filios, alterum ex Deo et Patre, alterum ex matre, non autem unum atque eundem induxit, is ab ea quoque filiorum adoptione¹ excidat, quae recte credentibus promissa est.

- 482 60. Nam nec de divinitate quidquam amisit, et me salvum fecit, PG 37, 405
 Medicus fetentibus inclinans se vulneribus.
 Mortalis erat, sed Deus. Davidis genus, sed Adami
 Opifex; carnem quidem gerens, sed et corporis expers.
 Matrem habuit, sed virginem: circumscriptus, sed et immensus.

¹ Ephes. I, 5.

• DIODORUS TABSENSIS († ante 394). Vide locum, Diodoro attributum, sub titulo *Incensus Auctor*.

XVIII. *De Christi genealogia*

- ^{PG}
37, 483 35. Παῦσαι διοχλῶν τὴν καλὴν συμφωνίαν. 483
 Πῶς Δωτὸς ἐς ἀνακτα φέρει Θεός, εὗτε φαύλη
 Μητέρος ἐκ βροτέης Θεός ἄμεροτος; ἐκ μὲν Ἰωσήφ,
 Πῶς ὅγε; παρθενικῆς γάρ ἔην πάις, ἐκ Μαρίης δέ,
 Λευίδης· Μαριὰμ γάρ ἀφ' αἰματος ἦσεν Ἀαρὼν.

Poëmata moralia: I. In laudem virginitatis

- ^{PG}
37, 537 197. Αὐτὸρ ἐπεὶ καὶ Χριστὸς ἀγνῆς διὰ μητρὸς ὁδεύσας
 Παρθενικῆς, ἀδέτοιο, θεουδέος, ἀχράντοιο
 (Νόσφι γάμου καὶ πατρὸς ἐπεὶ χρέος ἦσε γενέσθαι),
 "Ηγυισε θηλυτέρας, Εὔχαν δ' ἀπεσείσατο πικρήν,
 *358 Καὶ σαρκὸς δ' ἀπέπεμψε νόμους, μεγάλοις τε λόγοισι
 Πνεύματι γράμμ' ὑπόειξε, καὶ ἡ χάρις ἐς μέσον ἤλθεν.
^{PG}
37, 1564 170. 'Εκ περάτων ἐπὶ πείραθ' ἔαις παλάμησιν ἀγείρας, 485
 "Ἄς ποτ' ἐπὶ σταυροῦ μεγακλέος ἔξεπέτασσεν.
 Εἰ δ' δτι καὶ διὰ μητρὸς ἐμοὶ Θεὸς ἤλυθεν ἀγνῆς,
 Παρθενικῆς, ἀδέτοιο, νόμοις καινοῖσι γενέθλης,
 Καὶ θάνε, καὶ νεκύεσσι μίγη, καὶ ἀνέδραμεν αὖθις.

Poëmata ad alios. Ad Nemesium

- ^{PG}
37, 1565 180. "Ἐστι μὲν οὐκ ὀλίγοισι καὶ δις λόγος, ὃς ἀπὸ κόλπων 486

- ^{PG}
37, 483 35. Desine perturbare egregiam concordiam. 483
 Quomodo ad regem David revehitur Deus, cum apparuerit
 Ex matre mortali immortalis Deus? Et quidem ex Ioseph
 Quomodo ille? Virginis enim erat filius scilicet ex Maria
 Levita. Maria enim erat ex sanguine Aaron.

- ^{PG}
37, 537 197. At postquam Christus ex casta Matre virgine, 484
 Iugi experte, Deo simili, incontaminata prodiens
 (Necesse enim erat, ut sine nuptiis, sine patre nasceretur),
 Sanctificavit feminas, Evamque acerbam repulit,
 Et carnis leges removit, ac per Evangelii praedicationem
 Spiritui cessit littera, venitque in medium gratia.

- ^{PG}
37, 1563 170. Ab orbis finibus ad usque fines terrae colligans suis manibus, 485
 Quas quondam in cruce gloria expandit.
 Sin autem, quia et mihi Deus prodiit e casta matre
 Virgine, innupta, nova et inaudita lege generationis,
 Et mortuus, et mortuis iunctus est, et rursus rediit ad vitam.

- ^{PG}
37, 1565 180. Versatur in ore non paucorum hic sermo, scilicet e sinu 486

Παρθενικῶν βλάστησε Θεὸς βροτός, ὃν συνέπηξε
Πνεῦμα Θεοῦ μεγάλοιο, ναῷ ναὸν ἀγνὸν ἐγείρων.

Μήτηρ γὰρ Χριστοῦ ναός, Χριστὸς δὲ Λόγοιο.

‘Ως γὰρ θέσμιον ἦεν, ἐπεὶ φύσιν οὐλόμενος θῆρ

185. Ἡμετέρην ἐφέπεσκε παραιθασίης ὑπὸ πικρῆς,
Θειοτέρου βροτοῦ φυῆ κακίην ἀκέσασθαι,
Καὶ στῆσαι κράτος αἰνὸν ἀθεσμοτάτοιο δράκοντος.
Τούνεκα νηδὺν ἀμειψε, τὸ δὲ ἡμισυ τίσε γενέθλης
‘Ημετέρης, τὸ δὲ ἔλειπεν, ὃ μιν τέκε παρθένος ἀδμῆς.

ORATIONES

Oratio XXX - Theologica IV

- 487 XXI. [...] Γίδος δὲ ἀνθρώπου, καὶ διὰ τὸν Ἀδάμ, καὶ διὰ τὴν Παρθένον, ^{PG 36, 132} ἐξ ὧν ἐγένετο· τοῦ μέν, ὡς προπάτορος, τῆς δέ, ὡς μητρὸς νόμῳ, καὶ οὐ νόμῳ γεννήσεως.

Oratio XXXVIII - In Theophania

- 488 XIII. [...] Πάντα γίγνεται, πλὴν τῆς ἀμαρτίας, ἀνθρωπος· κυηθεῖς μὲν ^{PG 36, 325} ἐκ τῆς Παρθένου, καὶ ψυχὴν καὶ σάρκα προκαθαρθείσης τῷ Πνεύματι (ἔδει

Virginis ortum esse Deum hominem, quem coagmentavit
Spiritus magni Dei, templo templum sanctum extruens.

Mater enim Christi templum, Christus autem Verbi.

Sic enim constitutum erat, quoniam nostram pestifer serpens

185. Naturam tenebat sub iniqua transgressione,
Divinioris hominis natura, vitio medelam afferre,
Et vincere grave imperium infandissimi draconis.

Quam ob rem sinum virginis subiit, dimidiamque honoravit generationis

Nostrae partem, alteram reliquit, quatenus hunc peperit virgo intacta.

- 487 XXI. [...] Filius hominis, propter Adamum, ac Virginem, ex quibus exstitit, illo nimirum ut generis auctore, hac autem ut matre, iuxta matris legem, et non iuxta legem generationis.

- 488 XIII. [...] Christus] humana omnia excepto peccato suscepit; ^{PG 36, 326} conceptus quidem ex Virgine, animo et corpore a Spiritu pree-

γάρ καὶ γέννησιν τιμηθῆναι, καὶ παρθενίαν προτιμηθῆναι). προελθὼν δὲ Θεὸς μετὰ τῆς προσλήψεως, ἐν ἑκ δύο τῶν ἐναντίων, σαρκὸς καὶ Πνεύματος· δύν, τὸ μὲν ἔθεωσε, τὸ δὲ ἔθεωθη. Ὡ τῆς καινῆς μίξεως! ὃ τῆς παραδόξου κράσεως!

Oratio XL

PG 36, 424 **XLV.** [...] Πίστευε, τὸν Γίδην τοῦ Θεοῦ, τὸν προαιώνιον Λόγον, τὸν γεννηθέντα ἐκ τοῦ Πατρὸς διχρόνως καὶ ἀσωμάτως, τοῦτον ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν, γεγενῆσθαι διὰ σὲ καὶ Γίδην ἀνθρώπου, ἐκ τῆς Παρθένου προελθόντα Μαρίας, ἀρρήτως καὶ ἀρυπάρως (οὐδὲν γάρ ῥυπαρὸν οὗ Θεός, καὶ δι' οὗ σωτηρία, ὅλον ἄνθρωπον, τὸν αὐτὸν καὶ Θεόν, ὑπὲρ ὅλου τοῦ πεπονθότος, ἵνα ὅλῳ σοι τὴν σωτηρίαν χαρίσηται, ὅλον τὸ κατάκριμα λύσας τῆς ἀμαρτίας· ἀποθῆ θεότητι, παθητὸν τῷ προσλήψματι.

489

Oratio XLIII

PG 36, 576 **LXII.** Μέγα παρθενία, καὶ ἀζυγία, καὶ τὸ μετ' ἀγγέλων τετάχθαι, καὶ τῆς μοναδικῆς φύσεως· δικυῶ γάρ εἰπεῖν Χριστοῦ, δις, καὶ γεννηθῆναι θελήσας διὰ τοὺς γεννητοὺς ἡμᾶς, ἐκ Παρθένου γεννᾶται, παρθενίαν νομοθετῶν, ὡς ἐνθένδε μετάγουσαν, καὶ κόσμον συντέμνουσαν, μᾶλλον δὲ κόσμον

490

purgata (nam et generationem honore affici, et virginitatem praeferri oportebat); progressus autem Deus cum humanitate, unum ex duobus inter se contrariis, carne nimirum et Spiritu; quorum alterum deificavit, alterum deificatum est. O novam mixtionem! O admirandam temperationem!

PG 36, 423 **XLV.** [...] Crede, Dei Filium, Verbum illud omnibus saeculis antiquius, atque citra ullum temporis principium, et incorporeo modo a Patre genitum, hunc, inquam, Dei Filium, extremis diebus, hominis quoque filium tua causa factum esse, arcano modo, ac sine ulla spureicie ex Virgine Maria progressum (nihil enim spurcum, ubi Deus est, et cuius beneficio et opera salus paratur); totum hominem, eundem et Deum, pro toto homine laeso ut, tota peccati condemnatione rescissa, tibi toti salutem afferat.

489

PG 36, 575 **LXII.** Magna res virginitas, et caelibatus, atque in angelorum, naturaeque singularis ordine censeri, vereor enim dicere Christi, qui, cum propter nos genitos nasci vellet, ex Virgine gignitur, virginitatem velut lata lege sanciens, ut hinc abducentem ac mundum conscientem; vel potius, mundum ad mundum transmittentem

490

κόσμῳ παραπέμπουσαν, τὸν ἐνεστῶτα τῷ μέλλοντι. Τίς * οὖν ἐκείνου μᾶλλον, *⁵⁷⁷ ἢ παρθενίαν ἐτίμησεν, ἢ σαρκὶ ἐνομοθέτησεν, οὐ τῷ καθ' ἑαυτὸν ὑποδείγματι μόνον, ἀλλὰ καὶ οἷς ἐσπούδασε;

praesentem nimirum * ad futurum. Quis igitur magis quam ille, aut *⁵⁷⁸ virginitatem in pretio habuit, aut carni leges imposuit, idque, non suo tantum exemplo, sed etiam per ea quibus operam dedit?

S. PHOEBADIUS Agennensis († post 392)

DE FILII DIVINITATE ET CONSUBSTANTIALITATE TRACTATUS¹

491 Cap. VIII. [...] De Spiritu Dei Virgo concepit, et quod concepit, ^{PL 20, 48} hoc peperit, id est, Deum homini suo, ut iam dixi, sociatum, sicut ipse dixit: *Quod nascitur de carne, caro est; et quod nascitur de spiritu, spiritus est:*² quia Deus spiritus est, et de Deo natus est. Sicut et Angelus ad Mariam Virginem dixit: *Spiritus Dei veniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit te: propterea quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei.*³

Vides ergo ipsum Spiritum, id est Filium Dei venisse ad virginem; et inde Dei et hominis Filium processisse: nec tamen ipso indumento carnis Dei Filium esse mutatum; sed eumdem ipsum esse in homine, qui fuerat ante mundum cum Patre, per quem facta sunt omnia, et sine quo factum est nihil, sicut Evangelista ait: *Mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognovit.*⁴

¹ Nonnulli asserunt hunc libellum *Gregorii Iliberitani* esse (PLS I, 785).

² Io. III, 6.

³ Lc. I, 35.

⁴ Io. I, 10.

- PL 20, 27, 45, 150, 232, 369, 370, 372, 446.

- PG 35, 861, 1181. PG 36, 80, 180, 236, 289, 633.

- PG 37, 469, 574, 959, 1073, 1469.